Cunonis de Falkensteyn [illegible]
d. vita Boemundi II [illegible] (1462)

Codex Balduini arch. Trev. in tabulario Confluentino.
f. 1–37. continent picturas, quibus ascripta sunt ea, quae sequuntur.

MONUMENTA GERMANIAE

Anno Domini 1307, 10 die Marcii Clemens papa quintus consecrat Balduinum, fratrem Henrici comitis Lützillimburgensis, in archiepiscopum Treverensem Pittavis.

In reditu de curia nunciatur ei obitus Alberti regis Romanorum.

Adventus archiepiscopi Treveris in die penthecostes anno 1308.

Missam celebrat.

In mensa sedet.

Septem electores eligunt Henricum comitem Lützillimburgensem in regem Romanorum et Frankorum 27 die Novembris anno 1308.

Electus super altare locatur per septem electores anno predicto 8, et die[a].

Henricus et Margaretha regina coronantur Aquisgrani corona Karoli die regum sequenti.

Adorant tres magos Colonie.

Matrimonium Spire inter Iohannem filium Henrici regis Romanorum et Elyzabetz heredem Boemie anno 10. per[b] Moguntinum archiepiscopum.

Dominus Treverensis obviat regi Boemie eunti Boemiam Mathei anno 10.

Currus cum auro et argento domini Treverensis pro via transalpina, de quo pluries subvenit regi Romanorum.

Rex ascendit Montsenys.

Henricus rex descendit[c] Suose anno 10, 23 die Octobris.

Rex vadit per Thurin, Kir in Ast.

Rex militibus, regina dominabus dederunt manducare.

Rex vadit per Casal, Vercel, Novaire, Magente[d] in Melant.

Henricus coronatur corona ferrea in Sancto Ambrosio die regum anno[e] 10.

Bellum Melant[f], ibi Gwido de Turri evasit.

Rex sedet in iudicio, turres destruxit in Melant.

a, et die in marg. addita.

b, per – archiepiscopum supra pontificem posita sunt.

c, sic corr. ascendit.

d, magete cod.

e, anno 10 supra addita sunt.

f, Melant supra add. est.